15. Magna abusio! ecce parciat putatur avaritia; sobrietas, austeritas creditur; silentium, tristitia reputatur. *Ibid.*, cap. Dicitur.

16. Magna abusio! remissio discretio dicitur; effusio, liberalitas; loquacitas, affabilitas; cachinatio, iuvenitatis; molles vestimentorum, et equorum fastus, honestas; lectorum superflus cultus, mendititia.

17. Dominam ancillari, et ancillam dominari, magna abusio est. *De Medicat.*, cap. 3.

18. Aero teatis reliquias saginantur oculi, et loculi aperiuntur. *Prose.*

19. Ostenditur pulcherrima forma Sancti, vel Sancte alienus, et eo creditur sanctior, quo coloratur.

20. Currunt homines ad osculandum reliquias Sanctorum, invitantes ad donandum, et magis mirantur pulchra, quam sacra. In *Apologia ad Guillel. abbatem*, cap. *Dicitur*. Cap. 6, n. 28.

21. O abusio maxima! cum falsitas nihil valeat, **S. BONAVENT.** sicut denarius falso ad decipendum, tamen ubique regnat. Serm. 2, *Omnium Sanctorum*.

22. Magna abusio est, habere os in choore, et cor in furo. In *Regula Novit.*, cap. 4.

23. Pessum eunt que bona sunt, et honesta: **S. GREGOR.** sine pudore vident que mala sunt. Epist. 29, *ad NAZIANZ.* Eudochium rhetorem.

24. Aurum liquefit in litteras, gemmis codices **HUGO A. S. VICTORE.** vestimentum, et nudus ante fores Christus emoritur. Epist. 22, *ad Eustochium*.

25. Qui sanitate abutuntur in libidinem, et divitiae in luxuriam, hi benediciones Dei mutant in malodictionem. Super *Malachiam*, cap. n.

26. Si abutentur mundi rebus, scias te in ultimo judicandum. Super *Ecclesiasten.*, cap. xiii.

27. Inter abusiones hujus seculi, sola major est sensus obstinatio; qui morti proximus, mortis advenit non exhortet; audit nuntios mortis, et credere non vult eis. Lib. 2, *de Claustr. anima*, cap. 15.

28. Misericordia inter alias abusiones haec abuso est; ut deliciatus in Ecclesia, quam in domo propria vivisse convincaris. *Ibid.*, cap. 19.

29. Intolerabilis haec abusio, ut ibi litigies, ubi teipsum accusare debes; ut ibi augeatur culpa, ubi deleri potest. *Ibid.*, cap. 21.

30. Non est planta vitis mala, neque vinum malum, sed illius abusus. Hom. 29, in *Genesim*, **S. JOANNES CHRYSOSTOM.**

31. Mulier ab initio, viro per erat dignitate, et non habore isto abusa est. *Ibid.*

32. Abusio vini, et incontinentia eorum qui vino abutuntur, obrietatem generant. Hom. 38, super *Math.*

33. Abusus gratiae Dei, tremere facit. Serm. 19, super Epist. *ad Rom.*

34. Qui pecunias, et voluptatibus, et delicias immodeste abutuntur, omnia corrumpunt. Serm. 13, super Epist. *ad Ephes.*

35. Ultra necessitatem facta impensa, abusus est. Lib. 1 *Parallelorum*, cap. 20.

36. Pro certo constat, in rebus nihil mali, nisi abusum; qui semper solet accidere ex mensuris negligientia, circa naturalem agriculturam. *De Chateria*, centuria 3, cap. 4.

37. Superbus vult se credi constantem, prodit **S. PROSPER.**

ACCEDERE AD DEUM.

— 16 —

ACCEDERE AD DEUM.

gus liberalem, avarus diligenter, temerarius fortē, inhumānus parvum, gulosus humānum, ignavus quietum, timidus cantum. *Prose.*

38. Impudentia fiducie sibi nomen dicerit, procacitas appellationis libertatis ostendit; eloquentiam frangit verbostas, et curiositatis malum, sub studi spiritualis colore delitescit. Lib. 3, *de Vita contempl.*, cap. 1.

SALVIANUS.

39. Quam perversus mundanorum abusio! si quis ex nobilibus converti ad Deum cooperit, statim hominem nobilitatis amittit. *Prose.*

40. Quantus ergo in christiano populo honor Christi est; ubi religio ignobilem facit?

41. Statim ut quis maior esse tentaverit deterioris affectio, ab aliis calatur.

42. Ac per hoc omnes quodammodo mali esse coguntur, ne viles habeantur.

43. Si honoratus quispiam religioni se applicaverit, illico honoratus esse desistit.

44. Ubi quis mutaverit vestem, mutat protinus dignitatem.

45. Si fuerit sublimis, fit despiciibilis; si fuerit splendidissimus, fit vilissimus; si fuerit totus honoris, fit totus injuria.

46. Si bonus est quispiam, quasi malus spernitur; si malus est, quasi bonus honoratur. Lib. 4, *de Gubern. Dei.*

47. Homo qui abutitur potestate sibi data, eam amittere meretur, 2^a 2^a, quest. 63, art. 3.

SENTENTIA PAGANORVM.

48. Hominius est intemperantis, abuti otio et litteris, lib. 1, *Tuse. quest.*

SENECA.

49. Abusio magna! lemertis sub titulo fortitudinis latet; moderatio vocatur ignavia; pro tanto, timidus; in his magno periculo errans. Epist. 47.

ACCEDERE AD DEUM.

HUGO CARD.

Definitio, divisiones et comparationes. Accedere ad Deum, est intrare ad scipsum; et non solum ad se intrare, sed ineffabiliter quodam modo in intimis scipsum transire. *Prose.*

Qui intrans, et intrinsecus penetrans scipsum transcendent illi veraciter ad Deum accedit. *De Spiritu, et anima.*, cap. 14.

Tribus gradibus ad Deum acceditur: Primus est, affectio mundi; secundus est, oblivio sutorum; tertius est depositio sui.

Sicut luna, quanto propinquior est soli, tanto minor; ita mens humana quanto propinquior est Deo, tanto minor est suo iudicio. *Ibid.*, cap. 3.

Sicut oculus quanto mundior fuerit, tanto longius videt; sic anima quanto longius fuerit a soliditudine mundi, tanto amplius Deo proximior erit. Hom. 10, super *Math. oper. imperfec.*

Sicut dicitur sol intrare domum, vel exire, in quantum radius ejus pertinet ad domum, sic dicitur Deus appropinquare ad nos, vel recedere a nobis, in quantum percipimus influentiam bonitatis ejus, vel ab eo deficiemus. Part. 1, quest. 9, art. 4.

SENTENTIA PATRUM.

1. Omnis anima ad Christum accedit, sive corporalibus aegra peccatis, sive clavis quibusdam secularis cupiditatis infixa, sive multis imperfecta virtutibus. Lib. 1, *de Virginibus.*

2. Nihil pulchrius, nihil voluptuosius, nihil desiderabilius, quam Deus appropinquare. Lib. 3, Epist. 11, *ad Irenaeum.*

3. Deo appropinquare, clarescere est. Lib. 10, Epist. 84, *ad Demetriadem.*

4. Ad Deum accedit; neminem repellit, nisi qui se ab eis conspicuta putaverit sequestrandum Lib. 3, *de Interpell.*, cap. 12.

5. Qui ad Deum concondere desiderat, a minoribus incipit; ut gradatim crescendo ad majora perveniat. Super *Apocal.*, cap. vii.

6. Quid faciet, Domine, servus tuis? omeliat visus ANASTAS. II de ore, te, et nimis abest facies tua; accedere ad te desiderat, et inaccessibilis est habitatio tua. In *Prosolog.*, cap. 4.

7. Non loca Creatori nostro nos proximos faciunt, sed bona merita. Apud *Gratianum*, in *De origine, can. Non toca.*

8. Ad eum qui ubique praesens est, et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus; non ambulando, sed amando. Epist. 52, *ad Macedon.*

9. Mens quando contemplatione ad Deum ascendit, ut eum intelligat, et diligit, imago Dei dicens est. *De Spiritu et anima.*, cap. 34.

10. Si amaveris terram, peregrinari a Deo; si amaveris Deum, ascendis ad Deum. Super *Psalm. cxix*, vers. 6: *Multum incola fuit anima mea.*

11. Desiderio bono levamus ad Deum, et desiderio malo ad ima precipitamus. Sup. *Ps. cxvii.*

12. Impossibile est illis qui negotiis secularibus implicati sunt, ut cor semper sursum habent. Super *Psalm. v.*, in *Enarrat.*

13. Cresco in Deo, reficeris si accesseris; defici si recesseris. Tract. 11 in *Joan.*

14. Si bonis moribus propinquatur Deo, malis moribus receditur a Deo. Super *Psalm. xvii.*

15. Si accedere est credere, qui credit, accedit; qui negat, recedit; non moverat anima pedibus, sed affectibus. Tract. 48 in *Joan.*, de cap. 10.

16. Tanto nobis melius est, quanto magis ad illum imus, quo nihil melius est. Epist. 82, *ad Macedonium.*

17. Non ad eum (qui ubique praesens est) loci

S. THOMAS
AQUINAS.

S. AMBROS.

S. ANSELMUS.

EGUST.

S. AUGUSTIN.

PAPA.

S. BASIL.

MAGNUS.

S. BERNARDUS.

S. THOMAS
AQUINAS.

CICERO.

SENECA.

HUGO CARD.

SUPER *Isai.*

cap. ii, verbo

*Mystice.*S. JOANNES
CHRYSOSTOM.

ACCEDERE AD DEUM.

— 17 —

movemur, sed bono studio bonisque moribus. Lib. 1, *de Doctr. christ.*, cap. 10.

18. Recedendo a Deo, homo frigescit; accedendo clarescit. Sup. *Psalm. lxx*, concione 2, versu 21: *Deus, quis similis tibi?*

19. Non regionibus longe quisque a Deo est, sed affectibus. Amas Deum? prope es: O disti Deum? longe es: uno loco stans et prope es, et longe es. Sup. *Psalm. lxxxiv*, vers. 10: *Verumtamen prope timentes eum.*

20. Accedamus ad Deum, ut illuminemur; non quomodo accederemus ad eum Iudei, ut tenebrentur. Sup. *Psalm. xxxix*, vers. 5: *Accedite ad eum, et itaminamini.*

21. Accesserunt enim illi ad illum, ut crucifigerent: nos ad eum accedamus, ut corpus et sanguinem ejus accipiamus.

22. Ad Deum accedit, fidem sectando, corde inhiabitante, charitate currendo. *Ibid.*

23. Ubique est, qui nullo clauditur loco; noli ab illo averti, et tecum est. *Prose.*

24. Si vis ad eum pervenire, noli piger esse: non enim pedibus, sed affectibus ad eum curris. *Tract. 36*, in *Joan.*, de cap. 8.

25. Cum ad vos accedo, non recedo: non recedo unde procedo. *Tract. 69*, in *Joan.*, de cap. 14.

26. Fortitudinem mean ad te custodi, Deus; quia si recedo, cado: si accedo, fortior fio. Sup. *Psalm. lxxx*, vers. 10.

27. Ut homo sit aliquid, convertat se ad illum a quo creatus est; accedendo enim fervescit; et a quo habet sit, apud illum habet ut ei bene sit. Sup. *Psalm. lxx*, concione 2, vers. 21.

28. A nullo quolibet homine recedit Deus, nisi prius ipso homo ab eo recedat. *De salut. docum.*, cap. 54.

29. Quantum est superbum cor hominis, tantum recedit a Deo: et si recedit a Deo, in profum dum it. *Prose.*

30. E contra cor humile de celo adducit Deum, ut proximum fiat. Certe altius est Deus, super omnes celos est Deus, tu humilia te, et descendat ad te. Sup. *Psalm. xciii*, vers. 13: *Donec fodiat peccator fovea.*

31. Examina te ipsum, ex quali vita ad Deum accedas, an dignus sis. *Prose.*

32. Per satisfactionem enim contingit nobis, ad Deum familiaritatem et accessum. Conc. 5, sup. *Psalm. xxviii*, vers. 1.

33. Anima accedens ad Verbum fiducialiter, quantum intellectu capax est, tantum audax desiderio. Serm. 63, sup. *Cantic.*

34. Quanto in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. In *Meditat.*, cap. 4.

ACCEDERE AD DEUM.

— 17 —

35. Vide ne ad illum immundus accedas. Serm. 3, *in Pasch.*

36. Accedendum est ad Deum; non irruendum, ne irreverens majestatis opprimatur a gloria. *Prose.*

37. Nec locis sane accedendum est, sed claritibus, ipsique non corporeis, sed spiritualibus.

38. Qui itaque virtutibus clarior, ille propinquior: esse autem clarissimum, perveniens est. Serm. 31, sup. *Cant.*

39. Accedere ad Deum per gratiam potest, qui recedere peccando potuit. *Ibid.* Serm. 2.

40. O quam bonum est (dulissimum Jesu) ad te in habitandum lucem inaccessibilem, duce charitate, accedere! cui si tantum dux nostra fuerit, nihil manere poterit inaccessum. In lib. *de Passione*, cap. 27.

41. Accedendum est ad cor humillimum altissimi Jesu, per januam lateris lanceati. *Prose.*

42. Ibi procul dubio thesaurus ineffabilis desiderabilis charitatis.

43. Ibi nova devotio inventur, inde lacrymarum gratia extrahitur, discut mansuetudo, patientia in adversis, compassio in afflictis. *Ibid.*, cap. 44.

44. Quanto amplius per compassionem proximis in necessitate succurrir, tanto amplius Creatori appropinquare. Serm. 44, *ad Sarorem.*

45. Necessario credenda sunt ea que sunt fidei, sine quorum credulitate nemo ad Deum accedere potest. Serm. 43, fer. 4, post. *Dom. Quad.*, art. 2, cap. 4.

46. Tanto est homo a Deo longius, quanto in *s. BONAVENT.* virtus profundius. Serm. 3, *Dom. 2 Quadragesima.*

47. Verius, citius et perfectius perveniunt ad Deum grossibus affectionibus, quam pedum. *De septem Itineribus.* Itin. 4, art. 3.

48. A Deo qui discedit, vitam perdit: qui ad eum incedit, vitam invenit. *Sup. Ep. ad Hebr.*, cap. 3.

49. Magnus accessus ad Deum, et cognitio infinitus sum. *CASSIODOR.*

50. Accedite, non dicitur ebriosis, non adulteris, non superbris; sed sobrios, castis atque humiliis Christianis, qui illuminari mereantur. *Prose.*

51. Studendum est ergo ut qui ad Deum accedit, it se humili satisfactione moderetur, ut illuminari potius quam cecari videatur. Sup. *Psalm. xxxiii*, vers. 5: *Accedite et illuminamini.*

52. Domino proximare non possunt, nisi qui eius reguli obsecundant. Sup. *Psalm. cxviii*, in illud: *A lege autem tua longe facti sunt.*

53. Si toto animo ad Deum accedimus, confes- *S. DIADOCHEUS*

2

ACCEDERE AD DEUM.

— 48 —

ACCEDERE AD DEUM.

- tu anima et corpore mundamur. *De perfect. spirituali*, cap. 78.
- DIDYMUS.** 54. Ab idolis se custodiant, omnes qui ad Deum verum reverenter accedunt. *Sup. Ep. pri-
mam Joan.*, cap. 5.
- DIONYS. CARTHUS.** 55. Vulnus tui amoris sanis infligis, ut pro-
poni te sauciari, qui torpebant sani. *De Mor-
tale vivifico*, art. 7.
- S. DOROTH.** 56. Sancti viri qui Deo propiores sunt, eo se
inferiores putant. *Doctrin. 2, de Humilitate*.
- S. EPHREM.** 57. Si amaritudinem in anima habeas, et illam
radicibus evellere cupis, ad Deum accedas; novit
enim medicus dolorem, ac morbum segnatius
cure. *De penitentia*.
- EVAGNIUS. PONTICUS.** 58. Homines tum meliores efficiuntur, cum ad
Deum appropinquant. *De octo vitiis capitali*.
- S. EUSEBIUS EMISSEN.** 59. Nullam patitur legem, cui accedere con-
cussum est usque ad divine imaginis dignitatem.
Hom. de S. Maximo.
- GLOSSA ORDIN.** 60. Animum ejus, qui proxime Deum accedere
velit, non tepeccare oportet, sed spiritu fervore.
Sup. Levit., cap. 16.
61. Qui honis operibus merentur sibi regnum
celi, tanto Deo sunt viciniores, quanto sanctiores.
Sup. I Paralip, cap. 18.
62. Homo vicinior luci divinae sentit quid ante-
fuit; et quod jam gustat, amplius amat; et quod
subest, judicat, et quo est dignior, sibi videtur
indignior, et elonge esse quo propior. *Sup. Job*, cap. 39.
63. Non dixit Propheta: Coram te, sed, Ad te,
ut vicinitatem ad Deum ostenderet. *Sup. Ps. v.*
vers. 3: *Ad te orabo, Domine*.
- GLOSSA IN-
TERL.** 64. Quanto ad sapientiam Dei accedis, tanto a
te recedis. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7.
65. Credore oportet accedentes ad Deum,
quia ipse est, et inquirentibus se remunerator sit.
Sup. Ecclesiasticum, cap. 4.
- GLOSSA ORDIN.** 66. No quis duplice corde accedit ad Deum, qui-
ni nisi poniterit, in aeternum peribit. *Sup. Eccle-
siasticum*, cap. 3, sup. illud: *Vx duplicit corde*.
67. Humilis non audet appropinquare, ut ad
eum Deus appropinquat. *Sup. Luct.*, cap. 48.
68. Sine fide non potes ad Deum accedere. *Sup.
Epist. ad Hebreos*, cap. 11.
- S. GREGOR. MAGNUS.** 69. Non loca, vel ordines Creatori nostro no-
proximos faciunt; sed ei nos merita bona jun-
gunt, aut male disjungunt. *Lib. 6, in Registrum*,
indict. 18, cap. 193, epist. 29, *ad Anastas.*
Presbyt.
70. Quisquis se apud se magnum existimat,
aditum sibi Dei accessus angustat. *Lib. 47. Moral.*
cap. 47.
71. Accessus recessusque Dei a mente nostra
minime cognoscitur, quousque rerum alterna-
tum finis ignoratur. *Pros.*

72. Quia et de tentatione incertum est utrum
probet an trucidet.
73. Et de donis nequamquam reprehenditur,
utrum hic desitos remunerent, an in via nu-
triant, et ad patriam perducent. *Lib. 9 Moral.*,
cap. 7.
74. Ad Deum, quasi tot grossibus mens acce-
dit, quot solum moribus proficit. *Pros.* S. GREGOR.
MAGNUS.
75. Et tot grossibus longe fit, quot malis cog-
itationibus decrescit. *Lib. 25 Moral.*, cap. 3.
76. Sacram nihil dari potest, quam id quod
quisque accedere ad conditorem debet. *Pros.*
77. Quid enim sanctius quam consilium ac-
cedendi ad Deum? *Lib. 5, in Regum*, cap. 4.
78. Ad vocantem te Deus accedit, quando ad
contemplativa vita quietem venit. *Ibid.*
79. Iste accedentes ad se reficit, qui puris men-
tibus semetipsum per contemplationem ostendit.
Hom. de S. Maximo.
80. Nisi quis a semetipsa deficiat, ad eum, qui
supre ipsum est, non appropinquat. *Hom. 32,*
sup. *Evang.*
81. Non valet apprehendere quod supra ipsum
est, qui nescit mactare quod est. *Ibid.*
82. Os nostrum omnipotens Deo tanto longin-
guum fit, quanto huic mundo propinquum. *Lib. 3,
Dialog.*, cap. 15.
83. Illum facit humana derisio Deo proximum,
quem ab humana pravitatis vita innocentia
servat alienum. *Lib. 40 Moral.*, cap. 15.
84. Omnis bonus, ex Deo accepta anima, a ten-
tione purgata aut lustrata, ad sumum accedit Domin-
ium. *Orat. 6, in Funere Cassari fratris sui*.
85. Accedere ad Filium nullus potest sine Spi-
ritu sancto. *In 2, Epsop. fideli*. S. GREGOR.
NAZIAN.
86. Quanto quis a terrena cogitatione remotior
est, tanto Deo vicinior et cetero. *Epist. 8*. S. HIERON.
87. Quam longe homo est a Deo, qui accedere
jubetur, ut servus Filius fiat! *Pros.* HUGO A.
VICTORE.
88. Quam longe ab eo, ubi Filius est, qui nec
domus esse coepit ubi servus est! *Lib. 4, Miscellan.*,
titul. 69, sup. illud *Ecccl. 11: Fili, accedens adser-
vitatem*.
89. Tanto anima longius a Deo, qui intus est,
recedit, quanto avidius se ad delectationes exte-
rioris effudit. *Ibid.*
90. Per lumen Iesum accessum habuimus ad
lumen Patrem: Iesus enim lumen est, et Pater
Ieso lumen. *Lib. 2, in Iesum*, cap. *Cœlestis Hier-
arch*.
91. Via ad Deum, est scientia, disciplina, bo-
nitas. Per scientiam, itur ad disciplinam; per dis-
ciplinam, itur ad bonitatem; per bonitatem, itur
ad beatitudinem. *De Institut. Novit.*, in fine
Prologi.

ACCEDERE AD DEUM.

— 49 —

ACCEDERE AD DEUM.

92. Magna res est amor, quo anima fiducialiter
accedit ad Deum, Deo constanter inhæret, Deum
familiariter percutematur, consultatque de omni
re. *Lib. 4, de Anima*, cap. 9.
93. Accedo ad humilem clatum, iratus ad mi-
tem, crudelis ad misericordem; et tamez patitur
humilis clatum, mitis iratum, crudele miseris-
coris. *Prose.*
94. Accedo servus ad Dominum, non amore,
sed timore; non devotione, sed usu.
95. Accedo ad Dominum, cuius percussi ser-
vum; ad Patrem accedo, cuius occidi filium;
percussi verbo, occidi exemplo; nee tamen per-
mesco Dominum, nee vereor Patrem.
96. Appropinquo ad osculum pacis, qui prius
reconciliatus accedebussem ad osculum fra-
tris. *Lib. 2, in Claustrum Animæ*, cap. 23.
97. Anima, quæ Deum diligit, quibusdam
amoris passibus per charitatem ad Deum currit
Prose.
98. Charitas via pacis est, quia in amore Condi-
toris currens animus, nihil quod ledat inventit.
Sup. Psalm. XIII., cap. 11.
- HUGO CARD.** 99. Tentat Deum, qui duplice corde venit ad
eum. *Sup. Deuteronom.*, cap. 6.
- HUGO CARD.** 100. Quanto quis vult ad Deum accedere, tanto
acrius et subtilius insurgit diabolus in eum. *Sup.
Ecclesiastic.*, cap. 2.
- HUGO CARD.** 101. Accedo ad Deum secundum quod est, et
per eum secundum quod factus es. *Sup. Epist. ad
Galat.*, cap. 3.
102. Non potest homo ad Deum accedere sine
fide; itaque non accedit ad familiaritatem, nisi
credat veritati. *Super Epist. ad Hebr.*, cap. 11.
103. Appropinquate Deo ut miseri, ad miseri-
cordem; ut nudi, ad divitem; ut famelici, ad
panem; ut infirmi, ad medicum; ut servi, ad
dominum; ut discipuli, ad magistrum; ut cœci,
ad lumem; ut frigidæ, ad ignem.
104. Multis viis ad Deum tenditur, et ideo unus-
quisque illum, quam sensu arripiatur, irrevo-
cabili cursus sùr intentione conficit, ut sit in
qualibet professione perfectus. *Collat. 14*, cap. 6.
105. Tanta est Dei misericordia, ut ubi viderit
voluntatis firmum propositionem, et ferventi desti-
derio hominem ad se accedere, non tardat, neque
differt, sed accelerat, suamque solitam libera-
litudinem exhibet. *Hom. 27, sup. Genes. vii: Qui
effuderit sanguinem*, etc.
106. Qui relicto diabolo venit ad Christum, dif-
ficile revertitur ab diabolum. *Hom. 2, Oper. im-
perf. sup. Matth.*
107. Qui nunquam fuit in malis, sed in innocen-
tia, dum nescit quid sit malum, facile decipiatur,
et transit ad diabolum; sed si expertus fuerit

malum, quod invenit, et recordatus fuerit bonum,
quod perdidit, compunctus redit ad Deum, unde
recessit. *Ibid.*

108. Qui a diabolo accedit ad Deum, nunquam
debet amplius per illicem viam ambulare, per quam
venit ad diabolum. *Ibid.*

109. Venisti per viam fornicationis, ambula per
viam castitatis; venisti per viam avaritiae, ambula
per viam eleemosynæ. *Ibid.*

110. Si autem per ipsam viam redieris, non ac-
cedis ad Christum, sed iterum sub regno vadis
diabolus, et sis preditor Christi. *Ibid.*

111. Tametsi Deus nos voet, expectat tamen ut
sponte accedamus, ac tum nobis suum exhibeat
auxilium. *Serm. de Verbis Apostoli, II Cor.*, iv :
Habent autem eundem spiritum.

112. Accedamus ad Deum, et quasi ante oculos
nostros propositis singulis peccatis nostris, etiam
pro preteritis peccatorum veniam petamus.
Hom. 44, sup. Genes.

113. Ad Deum cum fervore accedamus, et di-
lectione quam vehementissima. *Hom. 34, sup. I
ad Cor.*

114. Sedes gratiae nunc est, non sedes iudicii;
propere accedamus cum fiducia, ut accipiamus
misericordiam, quemque querimus. *Hom. 7, sup.
Ep. ad Hebr.*

115. Si nos appropinquamus Deo, in celo su-
mus. *Hom. 16, Moralis*.

S. JOANNES DAMASC. 116. Quidam etiam sine ulla adversitate, divino
desiderio atque amore impulsu ad Deum acced-
dit, relicti omnibus rebus; at tu tot erumis
percussus, adhuc obstinatus haeres? *Lib. 1, Pa-
ralip.*, cap. 12.

117. Non per locum spatia, sed per affectum
bonum, itur ad Deum. *Pros.* S. ISidorus
HISPALENS.

118. Neque enim gressu pedum, sed gressu
operum bonorum propinquamus Deo. *Lib. 2,
in Summo bono*, cap. 14.

119. Sequere Deum abjectis oneribus que te
premunt; liberis teipsum compedibus et catenis,
ut expeditus ad Deum curras. *Lib. 6, Divin. Instit.*
cap. 11.

120. Nisi vocata ad Deum appropiare mens non
debet, ne repulsa cum pudore sternatur. *Part. I,
de Casto conubio*, cap. 18.

121. Mens virtutibus vacua ad divinum non ac-
cedat aspectum. *Ibid.*

122. Venus amat quanto magis Deo appro-
piat, efficit corde humilior, mente purior, af-
fectu ardenter, et in virtutum exercitatione per-
fection. *Part. 2, De compunct. et complanetu*,
cap. 2.

123. Nemini presumendum, quia totum quod
querit, inveniret, ne desinat propinquare qui

S. LEO.

LACTANT.
FIRMIAN.

ACCEDERE AD DEUM.

— 20 —

ACCEDERE AD DEUM.

S. PETRUS
LUDOVICUS
BLOSICUS

S. MACHAR.
EGYPT.

S. NILUS.

S. ODILIO
CLUNIACENS.

PETRUS
CELLENSIS.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

V. PETRUS
MAURITIUS
CLUNIACENS.
PHILIPPIUS JUDAEUS.

S. PROSPER.

cessarit accedere. Serm. 44, de Passione Domini,
sup. illud *Psalm. cix*: *Quarile faciem ejus*
semper.

124. Si vitii morbo periculose laboras, accede
cum fiducia ad colestum medicum, accede ad
Jesum, roga ut manum adhibere dignetur. In
canone *Vita spiritualis*, cap. 3.

S. MACHAR.
EGYPT.

125. Qui accedunt ad Dominum, debent in si-
lento, pace et tranquillitate multas preces fun-
dere, et cum intentione cordis, et cogitationibus
castis, cum prae oculis habere. Hom. 6.

126. Debet quempiam accedentem ad Domi-
num; ad id quod homini est seipsum cogere,
etiam si repugnat animus. *Ibid.* Hom. 19.

127. Qui accedit ad Deum, et revera cupit esse
assessor Christi, hujus intentionis gratia debet
accedere, ut nihil gestet veteris hominis. *Ibid.*
Hom. 44.

S. NILUS.
128. Accede sine materia ad expertiem materiae,
et intelliges minui laqueos adversariorum. *De
Orat.* cap. 63.

S. ODILIO
CLUNIACENS.

PETRUS
CELLENSIS.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

V. PETRUS
MAURITIUS
CLUNIACENS.
PHILIPPIUS JUDAEUS.

S. PROSPER.

129. Creature quantum Creatori suo per cogni-
tionem est vicinior, tantum de adventu ejus exis-
tit letior. Serm. 2, de *Epiphania*.

PETRUS
CELLENSIS.

130. Noli credere pauperiorem futurum Deum,
si abscesseris; neque diutore, si accesseris. *Pros.*

131. Tibi prodest accessus, tibi obest recessus.
De Panibus, cap. 6.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

132. Deus suscipit pauperes, sed divites non re-
pellit; habentes suscipit, et ad se attrahit non
habentes. Serm. 28.

133. Deus peccatores sanctificat, cum propin-
quat. *Ibid.* Serm. 168.

V. PETRUS
MAURITIUS
CLUNIACENS.
PHILIPPIUS JUDAEUS.

134. Quanto est a sacellariis remotior, tanto
Deo propinquior. Epist. 20, ad *Gislebertum*.

135. Ferendum non videatur, ut ad Deum puri-
ficiam accedit quis impuram habens animam,
nisi mox sequatur penitentia. *Prose.*

136. Quisquis enim nullius praeterit peccati
sibi conscius, etiam vetera conatur eluere, accedit
bono animo; sin minus, absit cum impurus sit.
Lit. Quod Deus sit immutabilis.

137. Tanto quis divinis vicinior factus est,
quanto supra humana omnia studio perfectionis
ascendit. Lib. 1, de *Vita contempl.*, cap. 5.

138. Accedendo ad Deum, illuminatur ignoran-
tia, et corroboratur infirmitas; data sibi et intel-
ligentia qua videat, et charitatem qua ferreat,
Sentent. 9.

139. Non acceditur ad altitudinem Dei, nisi per
humilitatem; cui propinquat subditus, longe ab
eo recedit clatus. *Ibid.*

140. Non locorum intervallis acceditur ad Deum
vel recedit ab eo; sed similitudo facit proximum,
dissimilitudo longinquum. *Ibid.*

141. Bonum est sursum habere cor, non tamen
ad seipsum, quod est superbia; sed ad Deum,
quod est obedientia. *Ibid.*

142. Ascensionum ad Deum gradus, sunt pie-
tatis affectus; iterum, est tua voluntas; amando
accidis, negligendo recidis. *Ibid.*

143. Si aliud amas prater Deum, non ascendis;
nec es, nisi ubi eras. *Ibid.*

144. Vocanti Domino appropinquat, qui dignis
penitentie fructibus Deum de die in diem placet.
Part. 1, de *Potestate ligandi atque solvendi*,
cap. 17.

145. Nihil tam propinquum Deo, quam ejus
character et similitudo. Super *Cant.*, cap. n.

146. Accedens ad Deum, mundo fit obscurus.
Serm. 30, de *Resur.*

147. Accedite ad Deum securi, nolite timere re-
pulsam, exaudiens et recipiet vos; neque patietur
rubore confundi facies vestras. *Ibid.*

148. Qui cum fide ad Deum accedit, arcane
lucis radios suscipit. Super *Psalm. xxxiii*, vers. 5:
Acedite ad eum, etc.

149. Quanto quis magis ascendiit in Deum, s. THOMAS
tanto plus contemnit temporalia. Super *Epist.*, AQUINAS.
ad Hebr.

150. Ad Deum non acceditur passibus corporis
(cum ubique sit), sed affectibus mentis. In *Summa*,
part. 1, quest. 3, art. 4.

151. Mala, que nos hic premunt, ad Deum ire
compellunt. *Ibid.*, part. 1, quest. 24, art. 4.

152. Tanto longinquior fit homo a Deo, et fri-
gidior in seipso, quanto occupatior, et diuturnior
in negotio externo. Medit. 28, in *Dom. Palm.*,
cap. 2.

153. Tanto magis Deo homo appropinquat,
quanto ab omni solatio terreno longius recedit,
Lib. 3, de *Imit. Christi*, cap. 42.

154. Tanto homo altius ad Deum ascendiit
quanto profundius in se descendit, et plus sibi
vilescit. *Ibid.*

155. Fili, quantum a te vales exire, tantum in
me poteris transire. *Ibid.*, cap. 56.

156. Accedant ad Iesum indigni, ut fiant digni;
accedant mali, ut efficiantur boni; accedant parvi
et imperfecti, ut fiant magni et perfecti. *Prose.*

157. Qui morbidus est, veniat ut sanetur; qui
tepidus est, veniat ut accendatur; qui timidus
est, veniat ut confortetur.

158. Qui tristis est, veniat ut consoletur; qui
aridus est, veniat ut adipe spiritus repletetur; qui
tedio afficitur, veniat ut gaudio recreetur. In
Solilog., cap. 18.

159. Quanto frequenter ad Jesum accesseris,
tanto tibi dulcior et juvandior apparebit. *Ibid.*,
cap. 19.

ACCEDERE AD DEUM.

— 20 —

ACCEDERE AD DEUM.

— 21 —

ACCUSATIO.

— 21 —

ACCUSATIO.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. VALERIAN. 160. Nihil est tam Deo proximum, quam ho-
minem non esse corruptum. Epist. ad *Monachos*.
161. Quantum homo Deo appropinquaverit,
tantum se peccatorem videbit. Lib. 3, num. 123.

**IN VITIS
PATRUM.** 162. Oportet semper moderate et pie ad Deum
accedere, quantum potest unusquisque mente pro-
gredi, et quantum possunt homines consequi.
Lib. 8, cap. 43.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTELES. 163. Illud est melius, quod optimo propinquius
est 2 de *Cel.*, apud Bedam.

CICERO. 164. Homines ad Deos nulla re proprius acce-
dere perspicuum est, quam salutem hominibus
dando. Lib. 4 *Offic.*, cap. 41.

PLATO. 165. Qui ad Deum proprius accidunt, et qualis
sit Deum communis; ita constanter attribueret
debet consentanei Dei natura, ut constituant
Deum revera esse homini. *Sisygya*, 4, lib. 2, de
Repub.

SENECA. 166. Subsilia in eccl., ex angulo licet.
Epist. 31.

**SIXTUS PHI-
LOSOPHUS.** 167. Corpus quidem tuum incedat in terra,
animis autem semper sit apud Deum. Serm. 48.

168. Animam de terra fides elevat Deum. *Ibid.*
169. Animam accedens ad Deum, per Dei ver-
bum est. *Ibid.* Vide etiam tit. *Apotasia*, sent. 64.

ACCEPTATIO PERSONARUM.

Vide PERSONARUM ACCEPTATIO.

ACCUSATIO.

ETYMOLOGIA EJUS.

COLLECTOR. *Definitio.* Accusatio est, peccatum alterius judicii
indicare. *Vel.* Accusatio est delictio rei de crimine
ad vindicatum proper bonum commune. Accusa-
tor dicitur, quasi ad *causator*, quia ad causa-
tam vocat eum, quem accusat. Lib. 18 *Etymol.*,
cap. 15.

SENTENTIA PATRUM.

ADRIAN. PAP. 1. Qui non probaverit quod objicerit, penam
quam ipso intulerit, patitur. Apud Gratian., in
Decret., part. 2, causa 2, quest. 3, can. *Qui non*.

2. Omnis, qui alius falsa intulerit, puniatur, et
pro falsitate ferat infamiam. *Ibid.*, causa 5,
quest. 6, can. *Omnis*.

3. Plus proficit amica correptio, quam accusa-
tio turbulentia; illa pudorem inicit, haec indignationem
movet. Lib. 8, super *Lue.*, cap. xvii, super
illud: *Increpa illum*.

4. Judicis non est, sine accusatore damnare;
quia et Dominus Iudam furem esse sciebat, sed
qua non est accusatus, minime abject. Super
Epist. ad Rom., cap. v.

5. Inclinavit se Jesus, ut ostenderet quod accu-
satio non est admittenda cum facilitate. *Prose.*

S. AUG.

5. Inclinavit se Jesus, ut ostenderet quod accu-
satio non est admittenda cum facilitate. *Prose.*6. Non enim statim judex debet porrigitur au-
res culibet dicto, nec etiam cum gaudio, sed cum
displacientia suspicere. Serm. in *sabbat.* post *Dom.*

3. *Quadrag.*

7. Cum homo eloquentia famam querit, ad-
stans ante hominem judicem, circumstante homi-
num multitudine, inimicum suum odio immanis-
simus accusans; vigilansimne caveat, ne quid per
lingue errorum dicat coram hominibus, et ne per
mentis furorum hominum auferat ex hominibus,
non cavit. Lib. 1 *Conf.*, cap. 48.

8. Necesse est cum qui aliquem accusat, ha-
bere alterum quem defendat. Lib. 2, *contra Accu-
dem.* cap. 9.

9. Qui disponit arguere, non faciat unde alium
nihil accusare. Ep. 178.

10. Eo est impudentior virtus accusator, quo
fit etiam judicis calumniator. Lib. 3, *contra Cre-
scion.* cap. 61.

11. Quis sibi utrumque audeat sumere, ut cui-
quam ipse sit et accusator et iudex? Hom. 50,
ex *Homil. quinq.*, cap. 4.

12. Accusare vitia, officium est bonorum viro-
rum et benevolentiarum, quod cum malefici agunt,
aliens partes agunt. Lib. 2, *de Serm. Domini in
inventione*.

13. Mitior est accusator, quam qui convincit
severi laudator. Lib. 4, *contra duas Epist. Pelag.*,
cap. 4.

14. Peccata ignorantiae vel negligentiæ melius
accusantur, ut pereant: quam excusantur, ut
maneant. Super *Psalm. cv*, vers. 8: *Et irrave-
runt eum*.

15. In confessione sui accusatio, Dei laudatio
est. Serm. 8, de *Verb. Dom.*

16. Sive nos accusemus, sive Deum laudamus,
bis Deum laudamus, si pro nos accusamus, Deum
laudamus. *Prose.*

17. Quando Deum laudamus, tanquam eum,
qui sine peccato est, predicamus: quando autem
nos ipsum accusamus, ei per quem resurrexiimus,
gloriam damus. *Ibid.*

18. Clausum cor habes, et clavem accusas;
accusa legem, quia percudit libidinem. Serm. 4,
de Verbis Apostoli.

19. Diabolus accusator sanctorum est. In 50
Homilias, hom. 38.

20. Plerique nolunt alios accusare, dum se per
illos cupunt excusare. *Ibid.*, hom. 50.

21. Accusatur Christus, et tacet: bene tacet,
qui defensione non egit. Serm. 4, fer. 2 post
Dom. Palm.

22. Frustra accusatur, qui a judice laudatur;